



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

8. Curva cervicem ejus in juventute, ne fortè induret & non credat tibi.
Eccl. 30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

REFLEXIO.

TRes necessariò causæ tibi dement
 auctoritatem erga tuum filium;
 nempe ridere cum illo, & te nimis fa-
 miliarem reddere, sufferre & dissimula-
 re ejusdem errores, & denique ipsi dare
 mala exempla, & coram eo tuas debi-
 litates & passiones demonstrare.

Hæ sunt tres indiscretiones, quibus
 respectum perdit, & te non æstimare af-
 fuecit. Evita eas sedulò, quia statim
 ut videbis auctoritatem tuam perditam,
 crede pariter, quod filium tuum perdi-
 deris. Uno verbo, non illum adora, &
 benè attende in consideratione tuarum
 prolium, ne sequaris tot funesta exem-
 pla aliorum parentum, qui eas per edu-
 cationem stultos efficiunt, & postea per
 pecuniam, aut suam propriam poten-
 tiam Iudices & Dominos populorum
 constituunt.

REGULA OCTAVA.

*Curva cervicem ejus in juventute,
 ne fortè induret, & non credat
 tibi. Eccl. 30.*

I 3

PARA-

*Curva ejus collum in juventute : dicitur
ejus arrogantiam , & fac inclinatio
ejus animum rebellem , omni quoque
modo ad obedientiam & respectum
Nulla occasione inter mitte eum corrigere , ne fortè in malo obdurescat ,
mala ejus inclinatio non fiat insuperabilis , aliàs ad talem statum cum
displicentia & pudore eum pervenire
videbis , ut tua negligentia aeternis
bi causent displicentias.*

REFLEXIO.

Nihilominus dum eum corrigis ,
stine ab iracundia. Correctio
iam miracula efficit contra magis in-
rigibilem & desperatum juvenilem
dum agendi ; sed si iracundia miscetur
huic excellenti medicinæ , devenit in
nenum. Si unum cum altero filio
porrigis , perdes eum , dum credis
malo remedium adterre ; & deus
ejusdem parricida , dum ejus medicum
agis.

Addisce esse severus & timendus

que furore, esse firmus, & inflexibilis,
& non perdere rationem; esse justus &
integer sine omni violentia; & scias
modum habendi faciem & linguam ali-
cujus terribilis Judicis, dum simul con-
servas cor paternum.

REGULA NONA.

*Filio, mulieri, & fratri non des po-
testatem in vita tua, & non de-
deris illi possessionem, ne forte
paeniteat te. Eccl. 33.*

PARAPHRASIS & REFLEXIO.

Quamdiu vives, non pone te sub re-
gimine eorum, quos tu ipsemet deberes
regere, sive sint uxor, proles, aut amici.
Retine semper auctoritatem quam De-
us tibi dedit, & dispositionem liberam
tuæ facultatis, nec eam confidas, quis-
cunque is fuerit, ne loco alicujus solatii
& quietis, quam exinde speras, cadas in
vituperium, & ne exinde fiant ingrati &
crudeles ii, quos credebas per tuam libe-
ralitatem reddendos magis gratos, & sa-
pientiores.